JACOBI PARKOSSII

DE ŻORAWICE

ANTIQUISSIMUS

DE

ORTHOGRAPHIA POLONICA

LIBELLUS

ROGATU ET SUMPTIBUS

EDUARDI COM. RACZYŃSKI

OPERA ET STUDIO

GEORGII SAMUELIS BANDTKIE

EDITUS.

POSNANIAE

Typis Wilh. Deckeri et Societatis.

MDCCCXXX.

72

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
I
312774

VB43



VII 204

jako egz 2

2

JACOBI PARKOSSII

DE ŻORAWICE

ANTIQUISSIMUS

DE

ORTHOGRAPHIA POLONICA

LIBELLUS

ROGATU ET SUMPTIBUS

EDUARDI COM. RACZYŃSKI

OPERA ET STUDIO

GEORGII SAMUELIS BANDTKIE

EDITUS.

POSNANIAE

Typis Wilh. Deckeri et Societatis.

MDCCCXXX.

22

HISTORISCHE GESELLSCHAFT
für die
PROVINZ POSEN.

312 7745

1956 Da 28

COMITI

EDUARDO RACZYŃSKI

JACOBI PARKOSSII

LIBELLUM DE ORTHOGRAPHIA POLONICA

d. d. d.

GEORGIUS SAMUEL BANDTKIE.

Quem Jacobi Parkossii a. 1440 de Orthographia Polonorum scriptum libellum typis mandari jussisti, dignum est, ut in lucem prodeat scripturae nostrae seculo XV inter Bohemicam et Germanicam scribendi rationem fluctuantis monumentum. Pro Tua Liberalitate in libelli editionem

sumptus impendisti, quos Magni Animi Tui documentum grata Posteritas acceptum feret. Mihi autem quod id Officium Tibi, Viro Tanto opera mea qualicunque praestare contigerit, gratissimum est. — Cracoviae d. VI. Julii MDCCCXXIX.

Vita Jacobi Parkossii.

In praefatione ad opusculum de orthographia Jacobus Parcossii de Żorawice s. Żarawice dicitur fuisse Decretorum Doctor, Canonicus Cracoviensis et Rector ecclesiae parochialis in Skalka s. Rupella, Casimiriae ad Cracoviam. Hunc Janocius falsa inepti Catalogi Manuscriptorum Codicum nostrorum quem Mrugaczevius et Putanowicius negligentissime a. 1778 fecerant, notitia inductus Miscell. II. p. 212. Jacobum Parkoski de Storawicze appellavit, quem ad Sbigneum Olesnicium Cardinalem et Episcopum Cracoviensem Instituta Juris scripsisse memoriae

prodidit. Sed res longe aliter se habuit, nam noster Jacobus Parcossii filius de Zarawice Matthaei de Cracovia Favistillam s. Suavistillam de saepe celebrando eucharistiae mysterio Sbigneo Olesnicio transscribendum curavit, notissimum tractatum, quem sub variis titulis prodiisse constat ab a. 1458 typis quam saepissime evulgatum vid. Programma ad Indicem Lectionum $18\frac{16}{17}$ p. 5. Mortuus autem est Cardinalis Sbigneus a. 1455. Dług. T. II. L. 13. p. 167. His temporibus jam Jacobus Parkossii, (Jakob Parkosza Syn, s. Jakob Parkosz) sine dubio Plebanus ad S. Michaëlem Archangelum et S. Stanislaum Martyrem in Rupella fuit. Idem quoque in Annalibus Martini Radiminscii (Radymiński) a. 1439. Rector, Universitatis Jagellonicae Cracoviae et in Fastis II. 51. Decretorum Doctor Plebanus in Rupella, idem ut Sołtykovicius doctissimus Vir Reip. Cracov.

Senator ibidem a. 1816. annotaverat iterum atque iterum Rector creatus fuisse dicitur a. 1440. Sed in annalibus Jacobus noster vocatur Jacobus de Secemin, in praefatione ad favistillam autem de Szoravice. Opinamur Żoravice s. Szoravice villam non procul ab oppidulo Secemin sitam fuisse patriam boni viri, qui vario modo, ut tum mos erat, aut de Scholis, in quibus prima literarum studia hauserat, aut de natalitio solo, ut Aldus Manutius Romanus e villa Bassiano oriundus, a vicino celebratiore oppido Secemin nominatus fuerit.

Libellus autem Jacobi Parcossii exstat in Codice Manuscripto, qui olim κτημα fuit Petri de Ilkusz (Olkusz). Is Codex continet varia variorum collectanea in quorum fronte folio II. recto incipit noster tractatulus septem foliis continuo scriptus. Folio ultimo Polonica tribus versibus subscripta verba,

primum atramento obducta, deinde scalpello erasa vix dignosci possunt.

Co gyest będzie ... wszędzie

Pisꝋ... gyest

.... godzijwy..... winskij

Utrum haec recte legerim, an non, haud scio, audeo tamen conijcere inde:

Co iest, będzie, to tak wszędzie

Piszą sługi, że iest drugi

Kleryk godziwy Barznowski sive Zorawinski s. Marznowski. Id nomen scribae esse videtur. Codex totus continet 400 folia 4to. — Verso asserculo compacturae antico haec leguntur: *Liber Magistri Petri de Ilkusz Decretorum Doctoris Plebani in Jangroth* (nunc Jangrod parochia quinque milliaria fere a Cracovia distans) *donatus sibi per fratrem suum dictum Angelum anno Christi* 1486. In postico asserculo autem: *In nomine domini Amen sub anno nativitatis millesimo septingentesimo*, — ad latus: *in nomine Domini in*

scola Pauperum *). Opinor 1570, aut si malueris, anno 1470, nam nota ad latus recentior esse videtur, quam scriptura anni supra dicti 1000 et 70 omissis intermediis annorum centenis. Caeterum haec collectanea diversis manibus scripta seculum XV excedere non videntur praeter ea, quae in vacuam passim papyrum conjecta fuerint. De Petro de Ilkusz autem nulla alibi est mentio. — Ut Janocius autem Jacobum Parkossii Jurisconsultum de Institutis Juris scriptorem fecerit, in causa fuit, quod in illo Codice alio, in quo Matthaei de Cracovia Favistillam Sbigneo Cardinali dedicaverit, collocata est quoque Summa Raymundi Parthenopei, scilicet Juris Romani libris III. epitome juris Civilis libro quarto e Jure Cano-

*) Schola s. Bursa Pauperum Cracoviae fuit in platea: Wislna Ulica. Exstant. nunc rudera ejus.

nico aucta, quam primus Johannes a Lasko a. 1506. demum in Syntagmate Jurium Poloniae, quod vulgo Statutum Lasconis dicitur, typis Cracoviae apud Joannem Hallerum in lucem dedit.

Zorawice s. Szoravice villam in Indice villarum Regni, ut nunc est, Poloniae, Varsaviae 1827. 4to Tomo II. nusquam invenimus, sed quia multarum villarum nomina saepe saepius successu temporis mutata sunt, non dubitamus, quin haud procul a Secemino haec villa sita fuerit.

PRAEFATIO.

Jacobi Parkossii Orthographiam nunquam in usu fuisse verosimillimum est, nam omnis scribendi ratio apud nos a. sec. XIV ad XVI fluctuabat inter Bohemicam et Teutonicam orthographiam, aeque ac nostram parum sibi constantem. Nec prius apud nos stabilita fuit scribendi ratio, quam a. 1570. *quo tandem Nicolaus et Stanislaus Scharffenbergeri Marci bibliopolae filii duo certam orthographiam introduxerunt, ambo doctissimi typographi, cives Cracovienses. Laudem eorum sibi vindicare voluit Jo-*

hannes Januszovius a. 1594, (*in libro Nowy Karakter*) *sed jure id facere non potuit* (*vid. Rozmaitości Krak.* 1828. *p.* 100.) *Jo. Parkossii libellus autem ideo gravissimi est momenti, quod nos doceat, quam diversa illis temporibus fuerit et prosodia et orthographia linguae nostrae a recentiori, cujus ratio scribendi certa prius stabiliri non potuit, quam efflorescentibus litteris, disciplinis et artibus usus linguae vernaculae factus fuerit frequentior, ac olim fuerat. Nam in prioribus Psalterii Valentini Passeris Posnaniensis editionibus docet nos adhuc a.* 1539. 1540. *Praefatio Andreae de Cobylino: multos fuisse, qui censerent lingua vernacula scribere esse nefas. Aureis autem Jagellonum temporibus tam inepta opinio mox explosa fuit. De orthographia Jacobi Parkossii optime disseruit Rakowiecki Prawda Ruska. T. II.* 219. *Sed haec pauca nobis addenda esse videntur.*

Postquam Poloni relicto Cyrillico Alphabeto literis latinis, seculo nescimus quo, uti coeperunt, necesse fuit, ut et ipsi inter se et cum aliis Slavis, qui sacra ritus latini amplexi erant, in orthographia linguarum vernacularum dissentirent. Hinc aliter Bohemi, aliter Carni et aliter Poloni scribere solent. Quae a Scharffenbergeris introducta fuit orthographia, ea ad ineuntis seculi XVIII tempora remanserat, paucis exceptis intacta. Gothicis typis libri polonici omnes imprimebantur ab inventa typographia a. 1450. *ad* 1700. *Tum demum coepimus latinis antiquis, et scribere et imprimere libros. Orthographiam primus antiquiorem restituturus Onuphrius Kopczyński a.* 1776—1778. *novam fere excogitavit, quae usque ad mortem ejus floruit. Verum quum difficile esset omnia ejus praecepta observare, post mortem Onuphrii Kopczyński (die* 17. *Febr.* 1817) *invalescere coepit antiquata Bibliorum*

Gedanensium orthographia (a. 1632) pro cujus auctoritate Aloisius Feliński acriter pugnavit (a. 1816.), adversarium acerrimum nactus Joannem Sniadecium, qui mediam inter Onuphrii Kopczyński et Scharffenbergianam strenue defenderet scribendi rationem. Tandem Franciscus Szopowicz omnibus, quibus potuit, argumentis evincere studuit Gedanensem orthographiam naturae linguae nostrae vernaculae esse magis consentaneam. Ortae altercationes de orthographia non sine ira et studio peraguntur. Tantas componere lites non est nostrum. Sed quod ad Parkossium attinet, observandum est, quas Vir bonus natura molles aut duras credebat esse litteras, eas nec per se, nec natura aut molles aut duras esse, sed mollescere aut durescere vocalibus i et jerik ь mollibus y et jerr ъi duris. Excogitare ת. ד. dura, m. n. mollia non erat opus. De natura harum litterarum aequae inutilis fuit dis-

putatio, quam quae nunc fieri soleat: de natura i et j; utrum consonans an vocalis sit j? expellendas esse diphtongos, ay, ey, oy. ubique scribendum esse j. quod multiplicatum grave oculis non raro est; magnum lucrum atramenti et temporis fieri, si pro y scribatur j etc. Sunt quoque, qui pro cz maluerint scribere ċ, pro rz ṙ cum Bohemis, immemores scilicet facilius esse currenti manu continuo duas litteras scribere uno ductu, quam accentos, punctula et alia signa superponere litteris scriptis manu de tabula, quamvis quam citissime, ablata. De talibus disputare nobis in animo non est, sed quae Parkossius censuerit, quae suaserit, recte aut perperam, haec fideliter referre ab Illustrissimo Comite Eduardo Raczyński jussi sumus, quod, ut speramus, fideliter fecimus, quum omnia, quae in libello sunt nec dicendi nec

scribendi ratione mutata, edidimus. Neminem offendat igitur auctoris rude dicendi genus, latinitas et scribendi modus, qui tum solitus erat, nam nemo aliter scribere et loqui potest, quam pro genio seculi, quo natus fuit.

ANONYMI PRAEFATIO

ante a. 1486. ad Jacobi Parkossii libellum de orthographia a. 1439. s. 1440. scriptum.

Pugna pro patria, quia ipsam defendere laus est meritoria.

Patria hic notat communitatem, communitas diuturnitatem, diuturnitas eligibilitatem, videlicet III. Topicorum. Hinc est, quod inconcussa patrum ac philosophorum sanxit auctoritas. Satius vero pro factione insudandum, quam alias cuilibet privato commodo adhaerendum; salvata enim commu-

nitate, salvatur ejus pars. et non e contra. Haec obviat Philosophus in praesentibus dicens; non existentibus primis subjectis et singularibus, nuspiam locus est aliquis horum id est commune remanere, quia hoc intelligitur naturaliter, vel ut libet moraliter. Unde et Romanis diu consuetum erat: triumphantem pro republica variis honoribus ac multis inventionibus praeficere propterea, ut patet eorum gesta inspicere volentibus. Et hoc ipsum tangit Theodolus in suis eclogis, dicens Ecloga 4ta

Excedit laudes hominum, qui primus agones
Instituit fieri sub vortice montis Olympi

Aurea victores obnubit laurea cives
Ducit pompa domum, sequitur confusio victum.

Hac etiam saluberrima rationum exigente et quasi ex necessitate inducente nedum apud fideles unius ecclesiae, sed etiam et circa gentiles, ut refert Aristoteles, quociescunque quempiam pro communitate certantem contingit ponere vitam, ipsum honorifice sepultum, in suis superstitibus puta filiis et filiabus, fovere indesinenter favoribus, ratum atque gratum communitati extitit. Claret ergo patriam defendenti, gloriam attingere militi. Nos itaque monitu talium inducti, non quod intendamus laudi, quam habere

ipsius unius Dei est, sed inspicientes ad monitum ex quo reipublicae agitur commodum censuimus, ex causis infra dicendis patrium idyoma, quod notabili traximus ex polonorum lingua facere caracteribus latinis cum paucis; dicteriis appositis scribendum.

Ut autem hoc, quantum ad praesens attinet, contra cacetemiae*) malum et insufficientem usum scripturae polonicae laborantes videamur patriam commodo se defendere et ad sufficientem modum scribendi inducere. Sed ante exordium materiae intentae per has exordium ponere, ut matrem praesenti necessitate audientes eam

*) sic sed debet esse cacothymiae.

libentius amplecterentur et odio ejusdem obviantes audacter repellerentur et ratio ponetur, cur eadem frui utiliter debeamus. Sit ergo propositi nostri pro themate hoc verbum, quod scribit Plato divinissimus philosophus in Thymeo: dicens: ad hoc datus est nobis sermo, ut praesto judicia mentis nostrae fierent, ubi est advertendum, quod in hoc verbo judicia tangit, humana civilitas, de qua Aristoteles I. politicorum dicit: homo est animal politicum et civile, mansuetum et domesticum, suorum conceptivum, alteri communicativum et hoc per signa vocis, ut idem notat primo peryhermenias, dicens: sunt ergo ea, quae sunt in voce eorum, quod

sunt in anima passionum notae, et inferius etiam ibidem innuit, quod voces sunt signa conceptuum et scripta vocum, ex quorum*) vocum compositione sermo fit hominum, unde sermo nil aliud est, quam instrumentum vocale, quo mentis nostrae conceptum exprimimus alteri cognoscendum. Et talis sermo est multifarius. Multiplicitas autem sermonis et diversitatis originaliter processit ex divisione linguae filiorum Noë, turrim aedificantium. Secundum illud scripturae: descendamus et confundamus linguam filiorum Noe, et non intelligat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divi-

*) sic.

sit eos ex illo loco in universam terram et cessaverunt aedificare civitatem et idcirco vocatum est Nomen illius loci Babel quod ibi divisum est labium universae terrae, cujus quidem divisi labii id est sermonis divisae nationes divisas habent figuras ac litteras seu caracteres, ipsos sermones in scripto repraesentantes juxta suas inventiones. Secundum illud metristae:

Invenit hebraicas Habraham patriarcha figuras,
Sed Catius*) graeces conjunctas datque latinas

ex quibus litteris compositionem dictionum facientes, per eosdem

*) sic! Cadmus.

conceptus ac suas intentiones praesentibus manifestant et posteris ad legendum in scripto relinquunt. Et quamvis diversarum nationum diversi sint sermones in scribendo illos repraesentantes, videlicet in Johanne de Montalino, qui diversarum nationum formaliter Abecedaria secundum suas figuras conscripsit, ut Teucrorum, Caldeorum etc. de aliis, omnia tamen abecedaria et tria horum communiora sunt hebraicum, graecum et latinum, licet in suis vocibus differant, ut aliter scribantur et aliter proferantur, quia quaedam nationes proferunt et scribunt sua per dictiones, aliquae per syllabas, ut Graeci alpha, beta etc. Ruteni as, buky, vede,

lahol *) etc. latini autem simplicissimi per voces simplas exprimunt litteras, ut: a, b, c, d, etc. Omnes tamen gentes in principali conveniunt expressionis elemento. Alpha enim apud Graecos et As apud Rutenos idem est, quod A apud latinos, quamquam igitur multae nationes diversas sic habent figuras, suos sermones representantes, non nullae tamen sunt, quae in unius et in ejusdem idiomatis concordant characteribus, et figuris. Ut Italici, Francigenae, Anglici, Bohemici, Theotoni, cum caeteris, qui scilicet Characteres et Litteras Latini idiomatis usurpant paucis circa

*) sic! i. e. az, buki, wedi, glahol.

eosdem punctis ad differentiam appositis, ut ex hoc proprium idioma sufficienter valeant scribere. Propter quam sufficientiam tres gentes et praecipue nobis polonis viciniores, videlicet Bohemi et Almani omnia sua in foro civili acta privilegiata et caetera invenimenta in proprio idiomate per latinas litteras scribunt, cunctas differentias apponendo. Ut sic quantumcunque veritatis actae inter ipsos contigat, quod in scripto ex necessitate reponendum esset de verbo ad verbum in eodem idiomate, in quo actum est omnibus, quibus horum notitiam habere spectat, legatur, et ne alias propter peregrinam differentium idiomatum interpretationem,

utpote de latino in hoc vel in istud, idcirco principalis veritas rei actae suffocetur, quoniam hoc multociens compertum est. Sed ut de plano simpliciter, sicut est acta, sic etiam in eodem idiomate scripta audientibus legatur, unde licet talis defectus interpretationis non contingat principaliter propter imperitiam interpretantium, advertendum tamen est, quod ipse accidit ex necessitate diversarum propositionum seu errorum diversorum idiotarum diversis vocibus ac vocum ordinationibus eundem contextum mentis exprimentium, prout varium quisque consuevit juxta modum suum. Constat enim certum idiotismum aliquam orationem esse veram in voce secun-

dum consuetudinem propter linguae usum, quae si ad aliam interpretabitur, mox, ut verba exigunt, plurificabitur. Nam licet latinus vere dicat: cervisia defecatur seu purgatur, et interpres in Polonico similiter diceret vere: pijwo szyą ustawa, albo pywo szye czysczy. In simili tamen nil valet; dicit enim Latinus: panis comeditur, suae mentis contextum vere exprimendo et interpres in Polonico chleb szyą gye et hoc est perinde, ut liquet de se et de aliis. Similiter lingua Allemanica dicitur: projicias per domum werf hiber (über) (das) *) Haus, signi-

*) articulus deest.

ficans per hanc propositionem: hiber, extra, trans situm seu convexum *) domus. Sed quum intendit per intrasitatem domus significare, tunc aliam praeponit propositionem dicens: werf durch (das) **) Haus. Ut dato, quod alicujus domus duo ostia sibi opposita sint aperta per intra, quod ostia cum intendit, ut projiciatur, sic exprimit. Hos autem differentes duos contextus Idiotismi uno exprimit sermo Latinus dicendo: projicias per domum, non faciens inter primum et secundum modos differentiam. Et quamvis bonitas interpretantis potest unam et eam-

*) tectum.

**) articulus deest.

dem orationem ad hunc vel ad istum sensum interpretari, et per hoc etiam quotationis curatione ad intencionem veram et principalem causam reducere. Quia sic scribit beatus Hieronymus ep. ad Pachomium de optimo genere interpretandi: diversa diversorum interpretum et autorum inducit testimonia et exempla, ut Tullij, Terencij, Hilarij, qui dicunt, quod quilibet gnarus interpres debet diligenter intendere, ut non ex verbo proverbium, sed ex sensu debitum et aptum transferat sensum. Et Horatii verbum est: *non ex verbo verbum, sed spiritum e sensu curabis reddere fidus* *) *interpres.*

*) Horat. de arte poetica v. 134. 135.

Non tamen hoc passim ac quoque ita omnibus facere constat esse facile. Quia sicut idem b. Hieronymus ibidem ait: difficile est alienas lineas i. e. literas insequentem non alicubi excedere et arduum, ut quae in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. — Nam quodlibet idioma suarum vocum habet diversas proprietates, igitur etc. Cautissime itaque non nullae gentes sua facta, acta, gesta proprio linguagio scriptitant, ne erroris aliquid propter diversa idiomata incidat. Solum ab hac securitate solum famosissima Polonorum lingua est aliena. Quod videns spectabilissimus Jacobus Parcossi de Zarawicze decretorum Doctor,

Canonicus Cracoviensis et rector ecclesiae Parochialis in Skalka *) et animadvertens, ne huc usque per amplius nacio Polonica in hoc posterior ac defectuosior aliis (cum multo sui periculo) maneat, edidit unum sufficientissimum modum, quem in presenti tractatulo tradidit, per quem Polonicum idioma scribendum fore sufficienter reliquit, ut post eum nacio consolata sua valeat in proprio idiomate scriptitare gesta. Quamvis multis male opinantibus, immo ut verius dicatur, fantastice somniantibus ac chimerice iisque materici presentis tractatuli: quo ut alie gentes Dni

*) cf. Dlug. II. 486. a. 1472. Ecclesia parochialis in conventum Ord. S. Pauli primi Eremitarum mutata est.

Poloni in suo idiomate proprias scriberent intentiones, viderentur occasionem quandam orationis affere, quam ipsi pro hac sua parte allegantes in certis hominibus dicantur concinasse dantes erroris causam: non aliud esse, quam quae ex copia librorum theologicalium et aliorum in communi idiomate ipsorum conscripta existunt. Unde secundum sic autumantes accidit, nedum mares, verum etiam et mulieres varias scripturas legentes exorbitare. Absit autem haec Paralogismi aestimatio, ne modico fermenti praesentis massae corrumpatur intentio. Non enim res vel instrumentum sunt, proprie est laudis vel vituperii receptum. Sed tamen ejus usus vel

abusus. *Vini* enim *non labes, sed tua est**) *post vina labes.* Exsilit itaque sacra pagina. Deberet praeter mitti rationatio, qua ipsi Heretici suas inveniunt intentiones, ut patet in tractatu ven. Benedicti Decretorum Doctoris Abbatis Massilie **), ubiquemlibet coelestium per sacram scripturam decurvant per hoc autem quod decurvant, non redarguuntur heretici, sed quod decurvatam indigeste capiunt, vituperant non admittunt. Uti quidem instrumento et bene et male contingit. Quia secundum innocentiam instrumentum non agit per

*) sic, sed debet esse notus versus leoninus, sī pōst vĭnă lābēs.

**) Marsiliae sic. vid. Fabricii Bibl. med. et infim. Lat. T. I. 205. a. 1263.

se, sed concentu suo motoris. Id non agunt libere, sed in quantum habent ictus moventur voluntate. Nam ait Petrus de Tharantasia: ipsa voluntas est, quae claudit oculos et aperit, prout vult. Recedat *) ergo demens cognitio, et accedat commodosa Polonorum linguae in scripto servitio.

---

*) Recredat, sic.

Jacobi Parkossii de Zorawice Dissertatio.

Viginti duas litteras apud Hebraeos, Syros et Caldeos in prologo super libros Regum beatus scribit Hieronymus. Latini autem una magis habent litteras characteribus quidem et figuris sed non in omnibus vocibus differentes. Scilicet obtusum et raucum K et Q quamvis quandoquidem eidem characteri diversos sonos attribuant. Aliquae tamen earum apud eos superfluunt. Nam Latinum idioma

K non indiget. H etiam aspirationis nota est. Nostrum autem Slavonicum idioma et praesertim Polonicum multo pluribus indiget litteris. Primo namque cum Latini quinque Vocalibus contenti sint, Poloni autem sextam ɵ adjiciunt*) nec sine ea illud idioma scribi potest. Nam licet alicubi loco ɵ an scribi possit, ut ranka, manka, rɵka, mɵka. Alibi tamen nullo modo, ut mɸɸka, drɸga. Alioquin inter poenam**) et fari-

*) Illis temporibus a. 1440 — 481. nullum fere in scribendo erat discrimen inter ą et ę ręka, męka, manus, passio, mąka, farina, drąga *gen.* vectis.

**) Sic opinor poenam mɵka, męka et farinam mɸɸka, mąka, ut russice mŭkă, mūkă.

nam et multa alia non erit differentia. Omnes etiam vocales apud Polonos modo longantur, modo breviantur. Ex quarum longatione vel breviatione diversus consurgit sensus dictionum. Exemplum de a. sic verci *) maak. Ubi si a producitur, una dictio est, si corripitur duae sunt dictiones.

---

*) Wierci imperativus antiquus Slavonicus, ut v. g. Karzi mię kaźni mię in Psalmo VI. 1. a. 1532. pro quo jam apud Leopolitam a. 1561. 1577. Karz mię, apud Budneum autem 1570. 1572. Karzy mię. cf. Dobrowskii Institutiones Linguae Slavicae. 1812. p. 519. 523. glagoli, niesi, mazi, molwi. Restat nunc quoque antiquum weźmi, mutatum in weź, weźmiey. Sic quoque apud Budneum namaży głowę twoię. Math. VI. 17.

De e sicut beel, bel, Exemplum de i byl, bil. Exemplum de o, ubi longatur et ubi corripitur Kooth, Koth. De ϴ drϕga, drϕϕga. Exemplum de u Druga, Druug. Et quanquam latini in productione et correptione vocalium in scribendo nullam aut paucam faciant differentiam, pro eo, quia de quantitate productionis et breviationis vocalium sufficientes habent regulas in libris Grammaticorum scilicet Prisciani, Hebirardi*) Alexandri **) et aliorum positas. Has igitur sciendas per Latinos praesupponunt, et ideo uno et

*) Eberardi.

**) Alexandri Galli de Villa Dei. vid Misc. Crac. 1.

eodem charactere seu figura vocales breves et productas scribunt, ut brevitati scripturarum consulant. Et quia has regulas prosodiae polonis illiteratis difficile foret tradere, oportuit, ut in scribendo quantitas vocalium exprimatur. Quod alio modo facere facile non est, nisi ut vocalis longa geminetur et brevis simpla ponatur. Ut Adaam, ubi primum a breve secundum longum et geminatum. Si enim differentias longae et brevis vocalis tam in voce, quam in charactere facere vellemus, forsan non multum difficile foret, nam Graeci hunc modum scribendi servant, ut aliter *o* longum, aliter *o* breve scribant. Nos autem quia omnia a Latinis imitamur, hanc no-

vitatem praetermittere voluimus. Forsan enim aliquibus foret odiosa *). Necesse autem habemus quantitatem vocalium in scribendo geminando et simplando exprimere, quia ut praemissum est, hoc praetermisso, magna occurit in distinguendis significatibus dictionum difficultas. Ideo, etsi non omnis vocalis producta enunciabitur, saltem hoc observabitur, ubi rectius breviationis et productionis surgit notabilis diversitas, significati ejusdem dictionis. Quamvis etiam et ex parte consonantium litterarum haec differentia notari possit, ut infra dicetur. Porro omnes fere

*) Erant tum quoque Graecarum literarum osores.

literae, exceptis b h v k q v t r in sono variantur. Nam c quinquies, s sexies sonum variat. V autem antiquitus vocalis. Ad modum aliarum vocalium et longum et breve est. In quantum autem consona etiam aliquocies variat sonum, nam cum componitur ex consona et vocali, tunc proprie scribitur, sic wsta *), wmaar. Ponitur etiam ut simplex consonans et tunc aliquando grossatur, aliqando molliter profertur. Exemplum primi Viklad, Vige, Vya **). Exemplum secundi Vila, vilne***).

*) vvsta.

**) nunc wyklad, wiie, wya num wyie ? num wyga ?

***) Wila, wylgnie, sed rectene an perperam conjecturam hanc fecerim, nescio

Quando igitur u vocalis simpla ponitur, eodem modo sicut u scribitur, in superiori parte apertum, in inferiori ligatum. Quando autem longatur, tunc geminatur. Exemplum primi in uye, uyaas *). Exemplum secundi szvwam, dmuchaa **). Quoniam est consona et grossatur, tunc de superius primi cornu tractus, ducatur, ut ꝟaal, ꝟyl, ꝟiklad ***). Quando vero moliter, tunc prolatis et aequis cornibus scribatur, ut vila, vidzaal ****), vino. Hac differentia habita inter v consonantem mollem et grossam,

---

*) an uié? quod uyaas, ignoro.

**) suwam, dmucha.

***) wał, wył, wykład.

****) wiła, widział.

non erit necesse ponere duplex ij ut olim ponebatur, ut vyatr wyege wyosna, vyɸnczek, quia non esset differentia inter vial et vaal i. e. flavit. Sed sic scribitur molle v vaal, vathr, vige, vosna, vączek, waal. Periculosum est enim fieri per plura, quod aeque bene potest fieri per pauciora. Ille autem sex litterae, b, f, ł, m, n, p, sub eadem vocis retencione et quantitate nunc grosse, nunc molliter proferuntur.

Exemplum primi de b byk, bith i. e. percussus. Exemplum secundi b. bił, i. e. fuit. Byk i. e. taurus nec ex parte vocalis geminatae et longatae potest esse differentia. Nam idem b molle et grosse prolatum cum y

longa et ij brevi, reperitur licet enim, ubi ij longatur, debet juste molliri, ut in exemplis supraposi-tis, byk et bik. Est tamen re-perire dictiones, in quibus j bre-viatur et tamen, b. nunc mollitur, nunc grossatur ut bith i. e. habi-tatio *), bith i. e. percussus **) in his dictionibus j breviatur et tamen b mollitur et grossatur. Aliquando e converso ij produci-tur et tamen b. grosse et molle profertur, ut byl percussit, byl i. e. fuit ***).

Sic ff. nunc grosse, nunc molle profertur, ut ffaal et

*) byt.

**) bit.

***) bil, byl.

est proprium nomen, faal i. e. movit *). Nec per vocales additas differe possunt. Nam ffaal et faal utrobique aa longum seu geminatum et f. differt in voce. Nam si diceretur, quod vocalis longata seu producta faceret consonantem literam grossiori et breviatam molliori *(sono)* sicut de b dictum est, hoc apparet falsum in exemplis statim positis ffaal, faal, immo

*) antiquata haec vocabula non intelligimus F litera non est Slavica, sed Germanica, nam Slavi pro f vulgo p ponere solent, ut flamma, plamen, płomień, fluo plynu, płynę. Quae in litera f incipiunt vocabula Polonica omnia sunt peregrina, si forte f pro w usurpatum fuerit, quod non raro perperam factum est, id vix probari potest fita opinor Graecum φ. phi.

alicubi vocalis producitur et f mollitur, ut fysth et e converso vocalis corripitur et ff grossatur, ut ffytaa, et iterum i breviatur, ut fisth, ffy, ffita, figi.

Eodem modo l nunc grossatur, nunc mollitur, ut list i. e. litterae vel folium, listh ut est pars pedis *), lis i. e. vulpis, lisz i. e. calvus **) etc. caeteris partibus nunc grossatur nunc mollitur. Sic et in fine positum. Exemplum Staal i. e. calibs, staal i. e. stetit.

Eodem modo m grossatur et mollitur circa easdem vocales et consonantes positum. Exemplum mika i. e. Nicolaus, mikaa i. e.

---

*) list, łyst s. łystka, nunc.

**) nunc łys, łysy.

trahit, et in fine dictionis positum. Exemplum dym, grom, gym i. e. eis, gym i. e. tene, przym i. e. suscipe.

Consimiliter n grossatur et mollitur. Exemplum de grosso n, nisski i. e. de civitate Nissa. Exemplum de molli nisky i. e. declivus. Sic etiam in fine Syn, Kroy.

Consimiliter p grosse et molliter profertur. Pan, pavel, pischno, pige, pivo, pothr, povec, popu.

Quas igitur differentias his vocibus harum litterarum attribuimus. Si aliquas differentias ponere voluerimus, non parum difficultatis habet. Si nullas multum erroris sequi necesse est. Nam eadem figura litteram molliter et grosse prolatam scribere non par-

vum errorem parit. Nec ut praetactum est, per vocales longas aut additas differentia notari potest. Si igitur libet b grossum sine unco et quadratum, ut sit ♭ quod etiam musici vocant b durum et b molle cum unco superiori et inferius rotundum, ut sic b quod musici etiam b molle vocant. Exemplum ♭a♭ϕ, bik, ♭odze. Exemplum secundi Beneck, byka, ♭ige.

ff grossum scribamus geminum vel geminatum, f molle simplum. Exemplum primi ffaal, ffasth, ffitaa. Exemplum secundi fisth, figi.

Item l spissum s. grossum fiat sine unco. Exempla lapka, lekce, liszego, losze, ludzy, lϕthka *).

*) łapka, lekce, łysego, łoże, ludzi, łątka.

Molle cum unco superiori Exemplum łaasz, lis, losch, listh, ludze, łϕnkawkϕ *).

ɳ spissum cum cauda in tertio pede sicut in fine dictionum poni solet, ut ɳara**), ɳego, ɳige, ɳoge, ɳϕdro, ɾuschϕ. M autem molle sine cauda, ut maal, mecz, Mikolai mood ***). Sic etiam ɳ spissum cum cauda, sicut in fine dictionum poni solet, ut ɳapascz, gɳath, ɳalϕcz, ɳoc, ɳos ****).

---

*) las, lis, lisch? ludzie, łankawką??

**) Mara est Miara, caetera per se sunt intelligibilia.

***) miał, miecz, miod, quod vocabulum Med slavonice scribitur, miod apud Russos et alios et apud nos quoque pronunciatur miod.

****) napaść, gnat, nałęcz.

Molle sine cauda, ut newyasta, neve *) niczs. Erit autem differentia inter ꝛ spissum s. grossum et ij duplex, quia cauda ꝛ trahitur in rectum. Cauda autem ij flectitur ad sinistrum. Insuper super ij ponitur duplex punctum ad differentiam ꝛ spissi.

ꝑ spissum fiat quadratum ut ƀ grossum. P molle fiat rotundum. Exemplum primi ꝑan, ꝑavel, ꝑooge, ꝑyschno. Exemplum secundi Potr, Piwo, Pige, pilno, Pech, Pecze, Pecenɸ **). Nec alio modo erit necesse post illas litteras molliter prolatas y duplex scribere sicut

*) nie wie.

**) Piech, diminutivum Petri, piecze, pieczenią.

hactenus scripsimus in omnibus praedictis consonantibus. Nam sic scribimus byl *) i. e. percussit, per duplex y volentes exprimere molle b dum apparet manifeste, quod etiam ita ƀ grossum seu spissum post duplex ij ut ƀyl i. e. fuit. Qualis igitur inter haec erit differentia et ut appareat, sic secundum quosdam alios scribebant differentiam inter dictiones cadere non posse. Ecce si scribatur more praedicto byaal i. e. albus et byaal i. e. percutiebat, in scripto non est differentia, cum in voce et scripto **) differentia sit. Hinc

*) bil.

**) sic, sed opinor male, nam deberet esse in voce et sono.

ergo scribatur baal pro albo et byaal pro percutiebat et sic plana erit differentia. Sic etiam bika id est instrumentum latarnorum, ubi est b molle et j breviatum et bika i. e. taurum vel biku i. e. mugit, ubi est ƀ grossum et j longatur. Non potest igitur differentia subsistere melior. Itaque differentia ƀ quadratum pro spisso et rotundatum pro molli. Sic de ll si per duplex i volumus l molle designare in aliquibus dictionibus bene conveniet, in aliquibus vero minus ut lyschka i. e. vulpis Llysska i. e. eruca Lijsth i. e. folium. Sed cum ex superius dictis vocalis geminata debet produci, in omnibus tamen praemissis corripitur. Ecce prima ineptitudo Denique ubi in

fine dictionum l molle seu tenue ponitur, si sibi duplex y adjiciatur, faciet scripti confusionem. Exemplum staal i. e. calibs si post l durum y ponetur, stabit, staaly quod significat praeteritum steterunt, ubi erit nostra calibs. Si autem sine y scribatur, erit stal i. e. stetit. Ecce alia ineptitudo. Melior ergo erit differentia, ut l grossum sive spissum scribamus sine unco, sive baculum, ut staal lyssy i. e. stetit calvus l molle seu tenue cum unco et sine additione y ut stal i. e. calibs, listh i. e. folium luud i. e. populus. Eodem modo de m olim Mikolai, missa, milaa, myaal i. e. adeps, vel verbum i. e. habuit. Per duplex y scribebant volentes tenue m denotari. Sed jam est

